



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.43. Concilium contra PLatonem & Theodorum convocatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

tus fuerat, scripsit in hunc modum: *In-Sæculum IX.*  
*terdicitur Oeconomio Officium Sacerdo-* A. C. 809.  
*tale, & Officium Divinum cum Patriar-*  
*cba, si jussierit, quilibet ordine nostro ce-*  
*lebrabimus. Ut nullus dubitandi locus*  
*remaneat, quin hæc sincera mente promit-*  
*tamus, libellum tradimus, & consenti-*  
*mus, ut nisi Oeconomio suspenso statim ad*  
*Communionem Patriarchæ redeamus, ta-*  
*lis quæcunque placuerit sententia in nos*  
*feratur, & de hac re amplius loqui nobis*  
*non liceat. Nec Angelus nec homo ad id*  
*nos compellit, sed Deus ipse vestra usus*  
*opera nos excitat. In hac Epistola post*  
*restitutum œconomum dicit annos tres*  
*effluxisse; unde eruitur annus octingen-*  
*tesimus nonus.*

§. XLIII.

*Concilium contra Platonem & Theo-*  
*dorum convocatum.*

Jam anno integro gravis persecutio Pla-vit. *Plat. c. 6.*  
tonem & Theodorumurgebat. Nul-n.36. ep.48.  
lus erat minarum finis, & sæpe ad se vo- *lib. I. ad Ath.*  
catis Imperator instabat, ut repugnan-  
tes in suam adduceret sententiam. Tan-  
dem misit cohortem militum, quibus su-  
bito Monasterium Studitarum cingenti-  
bus nemo pedem efferre audebat. In  
illa trepidatione Monasterium intrarunt  
Episcopi Nicenus & Chrysopolitanus  
Platoni & Theodoro collocuturi, & per-

Sæculum IX. suasuri, ut Josephum Oeconomum reci-  
A. C. 809. perent, qui sæpe memoratis nuptiis ju-  
bente Tarasio Patriarcha benedixisset.  
*Tarasius enim, ajebant, Vir Sanctus erat  
sicut S. Chrysostomus, ejusque dispensa-  
tionem recipere tenemini.* Eadem am-  
bobus, ad S. Sergium deinde custodia  
traditis, iterum suggesserunt,

*Theoph. p.*  
409.

Cum Monachorum constantia vinci  
non posset, Imperator Concilium men-  
se Januario, anno Regni sui septimo, In-  
dictione secunda, nempe anno octingen-  
tesimo nono, convocari jussit. Frequen-  
tissimus fuit Conventus multis Episco-  
pis, Abbatibus, virisque, quos præcipue  
in Imperio Dignitates ornabant, præsen-  
tibus. Triste vero spectaculum, cum  
inferretur S. Plato vir canis & insigni  
pietate spectabilis. Nam, quia incede-  
re pedibus non valebat, aliorum hume-  
ris portabatur, trahens uno pede cate-  
nam, quam geruli indignantes alter in  
alterum rejiciebant. Theodorus quo-  
que ludibrio habitus, circumstantium  
plerisque ingerentibus, nescire virum,  
quid diceret.

*Ep. ad Eu-  
prep. to. 7.  
conc. p. 1192.* In hoc Concilio declaratum; Matri-  
monium Constantini cum Theodota ex  
Dispensatione fuisse legitimum, & Ana-  
thema contra illos, qui Sanctorum Viro-  
rum Dispensationes nollent recipere, pro-  
nunciatum.

Impera-

Imperator Platonem, Theodorum, Sæculum IX.  
 & Josephum Archiepiscopum in Mona- A.C. 809.  
 sterio Agathensi prope Constantinopo-  
 lim morantes hujus Decreti certos fieri <sup>ep. 48. Cang.</sup>  
<sup>C.P.L. IV.</sup>  
 jussit, missis Scutariis, qui indicarent, ac. 15. p. 180.  
 Concilio fuisse excommunicatos & de-  
 positos. Deinde omnibus tribus in car-  
 cerem ad S. Mamantem conjectis, iterum  
 adsunt iidem Scutarii, afferentes Excom-  
 municationis & Depositionis Decretum,  
 quod iterum prælegebant, Sanctis Viris  
 utraque palma aures obstruentibus. Tum vit. Plat. c. 6.  
 singuli in diversas Insulas haud longe <sup>n. 37. vit.</sup>  
 Constantinopoli dissitas relegantur, & <sup>Theod. c. 48.</sup>  
<sup>c. 49. 50. 51.</sup> carcere traduntur.

Nihil intentatum relictum, quo Mo-  
 nachi Studiæ ad abjiciendam Abbatis  
 sui sententiam compellerentur. Primum  
 jubente Imperatore omnes in thermis  
 includuntur. Deinde accersitos ipse in-  
 terrogat, eorum præcipuis & doctissimis  
 a ceteris avulsis insidiatur, blanditias,  
 promissa, minas adhibet. Tandem in  
 Arcibus, aut in Monasteriis jubet cu-  
 stodiri, ubi a quibusdam Abbatibus pe-  
 jus quam imperatum erat habebantur.  
 Interim in Civitate Constantinopolitana  
 præcones proclamabant, ne cuiquam i-  
 storum Monachorum latibulum conce-  
 deretur. Fuere enim ex illis aliqui, qui  
 deposito tantisper Monastico & sumpto  
 Sæculari habitu in specu delituerunt, quo

Abba-

Sæculum IX. Abbati suo Constantinopoli degenti ne  
A.C. 809. cessaria obsequia præstarent. Ex his non  
nulli deprehensi in Prætorio custoditi &  
ex urbe proscripti.

## §. XLIV.

*Quando liceat dispensare.*

I. ep. 36.

Theodorus datis e carcere suo ad amicos Epistolis eorum animos contra persecutionem firmabat. Una ad Eusebium eosque, qui cum ipso erant, dirigitur, in qua de Dispensatione differit, accusatque adversarios suos, quod tam Vetus quam Novum Testamentum oppugnant. Verba ejus sunt hujusmodi: *Lex præcipit: Non macaberis. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Eadem Lex Iudeo erit & Proelijo. Evangelium prohibet, ne quis etiam videat mulierem ad concupiscendum eam, & condemnat eum, qui solvit mandatum minimum.* Isti vero Oeconomiam dicunt & indulgentiam Ecclesiæ salutarem, adulterium, transgressionem maximi mandati, & assumptionem Nominis Dei in vanum, quam Sanctorum Mysteriorum Communio comitatur. Occludamus aves nostras, Fratres mei! ne borrenda blasphemia inficiamur. Quid autem offerunt ad defendendum facinus? Dicere audent, in causis Principum supremorum Evangelium secundum litteræ rigorem

non

Exod. 20.

13. 7.

12. 49.

Matth. 5.

28. 19.